

FLAVII JOSEPHI

ANTIQUITATUM IUDAICARUM

EPITOMA

EDIDIT

BENEDICTUS NIESE.

MARBURGI CHATTORUM
TYPIS EXPRESSIT ROBERT FRIEDRICH
MDCCCLXXXVII—MDCCXCVI.

482 - 1096

Praefatio editoris.

Epitomae Flavianae quos quidem novi codices sunt hi:

1) codex Berolinensis Philippicus N. 222 olim Meermannianus 1625 paginarum 742 versuum tricenorum. in fronte extat titulus *προσίμιον περὶ τῆς ὅλης πραγματείας*, deinde post prooemium (*τοῖς τὰς ιστορίας — ἔχει δὲ οὖτως p. 3, 17*) p. 5 novum exordium: *ἐπιτομὴ τῆς ἰωσήπου ἀρχαιολογίας λόγος πρῶτος*. tum inserti sunt duo loci de Iosepho (*Ιώσηπος Ἰουδαῖος φιλαληθείς ματθίου παῖς οἰράως τὰ ιεροσόλυμα πεπορθήσθαι. Ιώσηπος Ἰουδαῖος ιστοριογράφος τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις*, quae ex Suida (I 2 p. 1040 Bernh.) petita sunt omisso tamen testimonio Christiano. deinde p. 7 spatium decem versuum vacuum relictum est, in quo scriberetur novum exordium, quod nunc supplevit Naulotus; tum sequitur *ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν* etc. (p. 3, 19). libro undecimo praemittitur: *ἐντεῦθεν ἀρχῇ τῆς βιβλίου τῆς δευτέρας. φλανίου ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγος ια'*. inde a p. 721 sub finem libri XX non rarae sunt lacunae, codex igitur ex quo petitus est Berolinensis, litteras aut vocabula aliquot amiserat. desinit in *τὰ δὲ κεκάλυται. | φλανίου ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας ἐν εἴκοσι συντελεσθείσις | τέλος τοῦ παρόντος βιβλίου. ἀμήν. αφ' μ. ἐν | μηρὶ δικενδή λινόλαος δι γρά τὸ | ἐπίκλητον χοκο.* codicem igitur exaravit die 30. Decembris 1540 Nicolaus Cocolus. postea fuit Nauloti. Cocolus in margine paucas varias lectiones, complures notas minio pictas dedit; postea ad prooemium libri I alius nescio quis ex integro Iosepho correcturas adiecit. hunc librum contuli p. 1—16 et p. 265—369 et passim multis aliis locis. praeterea moneo in libris I—X annorum numeros, qui in calce librorum extare solent, ab eo plerumque abesse.


2) codex Busbekianus saeculi fere XIV chartaceus, qui est in bibliotheca imperatoris Vindobonae hist. gr. nro. 22, foliorum 317, initio mutilus; nam incipit p. 12. 4 a verbis *Μάριον ὕρος.* versus finem foliorum partes superiores madore ita corruptae sunt, ut post fol. 303 (XX § 84) multa vix recte legi possint. ceterum codex illaesus est et bene exaratus.

3) codex Laurentianus plut. LXIX cod. 23 saeculi fere XIV aut XV chartaceus. nomen librarii in subscriptione est, quam Bandinius (catalogi uol. II p. 642 sq.) dedit hanc:

*χειρὶ Μαρονῆλ τίνδε μοι γρῶθι ξέρε
δέλτον γραφῆναι καὶ πέρας εἰληφέναι
αὐλῆς λογιστοῦ τοιπίκλητον ἐξ ἀγγέλων.*

libro undecimo inscriptum est:

ἐντεῦθεν ἀρχῇ τῆς βιβλίου τῆς δευτέρας.



4) codex Parisinus gr. nro. 1418 membranaceus saeculi XV. continet epitomam librorum I—XIII et partem XIV¹⁾. praemissa sunt omnium librorum viginti argumenta qualia integri Iosephi codices exhibent in unum locum collecta. libro undecimo titulus praefixus est: ἐτεῦθεν ἀρχὴ τῆς βιβλου τῆς δευτέρας, ut in Berolinensi et Laurentiano supra memoratis.

5) codex Parisinus gr. nro. 1422 saeculi fere XVI. continet epitomam totam.

6) codex Parisinus gr. nro. 1424 saeculi XV chartaceus. continet epitomam totam addita subscriptione τέλος τῆς φλανίου ἰωσήπου ἰονδαικῆς ἀρχαιολογίας ἐν εἰκοσι λόγοις συντελεσθείσης. sequuntur haec:

οἱ δοῦλοι τοῦ κραταιοῦ καὶ ἄγιον ἡμῶν αὐτέντον καὶ βασιλέως μαρονῆλ ὁ καλλιέργης.
τὰς οὐ πρεπόντως ἔξοριστονς εἰκόνας χειρῶ πρεπόντως προσκυνούμενας βλέπων:
οὐδὲ γάρ οὐ δεῖ τὴν ἑμέν γλωτταν μόνην ἀναρριζον εἶναι καὶ βοῆς ἀλλοτρίαν
ὣς ἐν δρόσῳ δύσηχον ὅργανον δέρας.

Hi codices omnium librorum viginti epitomam aut olim tradiderunt aut nunc tradunt; qui sequuntur libros decem priores habent.

7) codex Parisinus gr. 1601²⁾ (olim 2875 et 924) foliorum 152. incipit fol. 1 φλανίου ἰωσήπου ἰονδαικῆς ἀρχαιολογίας λόγος α' et in margine προοίμιον τοῦ παρόντος βιβλίου. desinit fol. 150^v in finem libri X addita subscriptione δόξα σοι χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν δόξα σοι | πρεσβείαις τῆς Θεοτόκουν ἐλέησον ἡμᾶς | ἐγράψῃ τὸ παρὸν πνεῦμαν διὰ χειρὸς ἐν ἐτεῖ σωλά κατὰ μῆτρα μάιον. post χειρὸς erasa sunt fere ἀμαρτδοσ σ... αλαιφεν τοῦνομα. scriptus igitur est anno p. Chr. 1323. in fol. 151 et 152 excerpta quaedam ex Procopio et Agathia alia manu adiecta sunt. ante fol. 1 duo sunt folia A et B. ex eis quae in A leguntur appareat annis 1446—1458 hunc codicem fuisse Mytilenae in aedibus Gattilusiorum. dein inscriptum est nomen Aldi Romani. hoc codice ut possem uti, efficit bibliothecae Parisinae praefectorum benevolentia, a quibus liber Marburgum missus est.

8) codex Vaticanus gr. 984 rescriptus pergamenus, scriptus anno mundi 6862 (post Chr. 1454), de quo dixi in prooemio Iosephi mei vol. I p. XXI. continet Iosephi antiquitatum libros viginti cum vita et bellum Iudaicum; sed antiquitatum soli libri decem priores epitomae sunt, ceteri integroris Iosephi.

9) codex Hennebergensis, qui nunc bibliothecae gymnasii Schleusingensis est, chartaceus saeculo fere XV nitide scriptus. in hoc olim eadem inerant, quae sunt in codice Vaticano 984; nunc extant antiquitatum libri epitomae I—X, ipsius Iosephi libri XI—XVII et undevigesimi dimidium et belli Iudaici folia extrema duo, cetera intercederunt. margini librorum I—X satis diligenter ascripta sunt ea quae in codice Busbekiano aliter leguntur. hic liber sine dubio ex Vaticano 984 petitus est.

1) ergo corrigenda sunt quae dixi in praefatione Iosephi mei vol. I p. XX.

2) erratum est quod in praefatione Iosephi mei vol. I p. XX hunc codicem in eis recensui qui totius antiquitatum operis epitomam continent.

Ut hodieque antiquitates Iudaicae bipartitae traduntur, sic etiam epitomam olim binis codicibus traditam fuisse et ex superstribus libris apparet et eo efficitur, quod in quibusdam codicibus liber undecimus initium voluminis secundi vocatur (ἀρχὴ τῆς βιβλου τῆς δευτέρας). ei igitur libri, qui epitomam totam exhibent ex binis voluminibus compotis videntur.

Antiquissimus vero epitomae testis est Iohannes Zonaras, qui ad chronicon compendium non Iosephum ipsum, sed hanc epitomam adhibuit, ut docui in prooemio Iosephi mei vol. I p. XXIII sq. III p. XIII sq., id quod alii postea confirmarunt¹⁾. iam cum Zonaras post imperium Alexii Comneni, qui anno p. Chr. 1118 obiit, chronicon conscripsit, ante hoc tempus epitomam confectam esse constat, quam saeculo decimo aut undecimo scriptam esse haud improbabiliter conieceris. Zonaras epitoma ita usus est, ut non pauca immutaret, alia omitteret, quaedam vero accuratius exscriberet. eum igitur in epitomae verbis restituendis magnam auctoritatem habere appetat.

Inter codices quos enumeravi usus sum imprimis Busbekiano, quem librorum II—XVI (p. 17—264) fundamentum ita habui, ut etiam orthographica quaedam vitia, velut ῥγγελον pro ῥγγελον et ἀπαλάττω pro ἀπαλάττω expresserim, quae tamen non epitomatoris esse sed librarii Busbekiani reliquorum codicum testimonio probatur. una cum hoc habui Hennebergensem, qui per libros I—X partim a me partim a Godofredo Zedler amico excussus est. simul partes quasdam hausit Laurentiano, qui collatus est lib. I § 1—110. 122—148. XIV 4—53. XVIII 1—84. 366 (p. 326, 12 συνεστηκός) — 319, per XIX totum, denique XX 1—7. 224—268. haec partim ipse contuli, plura addiderunt amici Theodorus Birt, Philippus Braun, Hieronymus Vitelli. postea editis iam fasciculis sex codicem Berolinensem et vidi et adhibui, cuius testimonio inde a p. 265 et p. 1—16 usus sum; alia passim ex eo excerpti. postremo accessit Parisinus 1601, quem ad librum I iterum edendum adhibui et multis aliis locis evolvi. horum codicum in annotatione apposui varias lectiones potiores omissis eis, qui nullius videbantur esse momenti.

Non videtur dubitari posse, quin hi quos novi codices omnes ex uno archetypo procreati sint. in omnibus libris p. 5, 12 aperte desideratur id quod supplet Zonaras Ιονβᾶλ δὲ. deinde p. 126, 5 post νιὸν excidit nomen filii Achazi; lacuna enim indicatur in Busb. Par. Berol. in parte posteriore quattuor alii sunt loci p. 300, 3. 301, 24. 311, 1. 11, qui vocabulorum quorundam iacturam passi sunt, id quod vacuo spatio indicatur et in Busbekiano et in Laurentiano et in Berolinensi, in quo duobus saltem locis, p. 300, 3 et 311, 1 lacuna reperitur. appareat igitur omnes ex uno codice descendisse, in quo vocabula aliqua casu exciderunt. inter singulos vero libros quae ratio intercedat, haud difficile est intellectu; appareat enim singularem inter eos locum obtinere Berolinensem, qui primum et recentissimus est multisque vitiis inquinatus, quorum magna pars, nisi fallor, inde orta est quod in codice eo, ex quo petitus est, multa inerant litterarum compendia, quo factum est, ut verborum exitus saepe corrumperetur aliisque committerentur

1) vide Büttner-Wobst in commentationibus Fleckeisenianis p. 126 sq.

errores, velut saepissime vocabula περὶ et παρὰ commutantur. quamvis igitur scribarum erroribus refertus sit, tamen multa habet praeclara nec raro cum Zonara antiquissimo teste consentit¹⁾. velut solus p. 5, 32 tradit veros numeros κατὰ τὸ χιλιοστὸν ἔξακοσιοστὸν πεντηκοστὸν ἔκτος ἀπὸ Ἀδάμ, qui confirmantur a Zonara, cum a reliquis, Laurentiano, Parisino, Vaticano cum Hennebergensi absit ἔξακοσιοστὸν. nec minus memorabile est quod p. 8, 34 tradit δευτέρῳ δὲ ἔτει καὶ ἐτενηκοστῷ πρὸς ἐννακοσίοις; alii enim, Laurentianus et Parisinus et Hennebergensis cum Zonara p. 34 exhibent πρὸς διακοσίοις. atqui illud ἐννακοσίοις ab optimis Iosephi testibus RO traditur, hoc a deterioribus eius libris. similique ratione p. 17, 12 καθίσιν dat Berolinensis cum Iosephi libris RO, reliqui Epitomae codices καθίσιν cum Iosephi deterioribus. denique solus p. 31, 11 post ἀρχιερέα addit quae necessario desiderantur οὐτὶ δὲ τὸν ἀρχιερέως, quae a Busb. Par. Henn. absunt. praeterea multa alia Berolinensis meliora tradit quam reliqui, velut p. 15, 17, 24. p. 16, 2, 31; nec raro a Busbeckiano omissa supplevit; vide ad p. 267, 24. 294, 26. 298, 19. 314, 19. 324, 21 aliosque locos in addendis collectos. nil igitur mirum quod interdum ad ipsum Iosephum emendandum facere potest. nam Ant. Ind. XIX 314 Iosephi libri exhibit καὶ πρὸς οὐδέν με τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιον ἔχοντες δὲ θεός, quae intellegi non possunt, nec melius epitomae codex Busbeckianus καὶ πρὸς οὐδέν με tradit. at Berolinensis ne una quidem littera mutata optime id restituit, quod Iosephus dedisse putandus est: καὶ πρὸς σοῦ δέ με τῆς etc. quae cum ita sint Berolinensem seponendum esse appetat a reliquis, hos vero inter se artiore quodam vinculo esse coniunctos. quod non ita intellegendum est, tamquam semper inter se concordent aut omnes semper a Berolinensi dissentiant; nam multae sunt in eis quoque discrepantiae saepeque accidit, ut unus aut alter a sociis seiunctus Berolinensem comitetur, ad quem proxime accedere videtur Laurentianus. vide enim prooemium p. 1, 16, ubi in Berol. legitur διεροήθη, in Laur. cum reliquis διερόονται, sed litterae οὖν a correctore repositae sunt cum antea fuerit lacuna, similiterque mox eodem versu. videtis ex lacuna non recte expleta ortas esse codicum corruptelas. magis dignum est memoratu in primo libri XX capite p. 348 sq. Berolinensem in margine habere supplementa quaedam ita exarata, ut appareat iam archetypum ea habuisse in margine. haec enim supplementa absunt et a Iosepho et ab epitomae codice Laurentiano, extant vero in Busbeckiano. facilis igitur est conjectura haec ab epitoma olim fuisse aliena et postea accessisse. sed alia haud pauca per totum librum XX extant in epitomae libris omnibus, quae a Iosepho absunt²⁾. quodsi illa eiciuntur, num haec quoque omnia reiectanea putabis? quaestio movet paulo difficilior quam hic tetigisse satis erit. hoc certum est inter Berolinensem et Laurentianum illo loco memorabilem intercedere similitudinem. inter reliquos autem maximam inter se habent similitudinem Parisinus 1601 et Hennebergensis, Busbeckianus vero ad Berolinensem proprius accedit.

1) velut quod XX 203. 213 sacerdos Damnaeus a Zonara vocatur Mnaseas, id facile explicatur ex Berolinensi. vide ad p. 364, 15.

2) vide p. 353, 30. 33. 356, 24. 368, 27. 30.

Restat ut pauca dicantur de eis libris quibus uti non licuit, quorum antiquissimus est Vaticanus 984, de quo satis certo iudicari potest, cum habuerim apographum eius Hennebergensem; nam sine dubio a Berolinensi longius remotus simillimus est Parisino 1601. tum memorandi sunt tres Parisini, ex quibus ad libros I—X lectiones quaedam excerptae extant in Iosepho Haverkampi vol. II p. 424 sq. iam vero in Parisino 1418, qui olim fuit 2254, p. 1, 30 esse traditur οὐκ ἀλόγως, p. 2, 36 ἀρετῆς μεγάλης μεγάλαις ἀπιθάλλει. appareat igitur hunc librum non cum Berolinensi, sed cum Laurentiano Parisino 1601 aliisque consentire. deinde Parisinus 1422, olim 2255, tradere dicitur p. 5, 31 συνέβη δὲ τοῦτο τὸ πάθος κατὰ τὸ χιλιοστὸν πεντηκοστὸν ἔκτος ἀπὸ ἀδάμ. quae si re vera in codice leguntur, hic quoque cum Laurentiano Parisino 1601 Vaticano potius consentire putandus est quam cum Berolinensi. denique ex Parisino 1424 (olim 2257), qui Haverkampo Epitome dicitur, per pauca excerpta sunt. p. 2, 34 habere dicitur ἀποβήσεται, quod est in Berolinensi, et quoniam etiam subscriptionem eandem habet atque hic, fortasse cum eo artiore quodam vinculo conexus est. cum igitur Parisini 1418 et 1422 exiguae virtutis esse videantur, at 1424 bonam de se spem movet dignusque est qui accuratius examinetur et excutiatur.

Denique hoc moneo lecturos editionem hanc non solito more uno tempore esse confectam, sed novem annorum spatium obtinere singulisque annis singulos produisse fasciculos. quare cum in ipso opere subsidia aucta sint, factum est ut posteriora paullo diligentius ederentur quam priora. maxime vero in libro I graviora aliquot nata erant vicia, quare hunc (p. 1—16) plurium codicum testimonio usus denuo edidi. quamquam igitur huic editioni multa desunt, tamen eam satis fore confido ad id quod volui efficiendum, ut epitome et qualis sit appareat et quanti facienda sit ad Iosephi verba restituenda, ut viri docti, qui Iosepho operam daturi sunt, ea recte uti possint; nam ipsius Iosephi editionis, quam paravi, eam esse volui supplementum.

Priusquam finem faciam gratiae agendae sunt eis, a quibus subsidia huic operi suppeditata sunt, Theodoro Birt, Philippo Braun, Hieronymo Vitelli, Godofredo Zedler, quorum Zedlerus et in libris excutiendis et in plagulis corrigendis me adiuvit. maxime vero laudandi sunt bibliothecarum Berolinensis Parisinae Schleusingensis Vindobonensis praefecti, quorum beneficio factum est, ut codices huc mitterentur mihiique usui essent.

Codicum notae sunt haec:

Berol. = codex Berolinensis.

Busb. = codex Busbeckianus.

Henn. = codex Hennebergensis.

Par. = codex Parisinus gr. 1601.

Vat. = codex Vaticanus.

cetera litterarum compendia si qua sunt eadem posui atque in Iosephi adnotatione.

Datum Marburgi XVII k. Februarias 1896.

Benedictus Niese.

Addenda et corrigenda.

- 17, 1 παρατιγχανόντων Berol. recte.
 > 12 καθίμησεν] καθίσουν Berol. cum Iosephi libris RO.
 > 22 τοῦτον Berol. recte.
 > 27 λόγους προσφερούσης περὶ μίξεως cum Iosepho Berol.
 > 30 repone: τὴν ὄρμὴν αὐτῆς ἐπισχεῖν.
 > 33 ἐπεδείκνυνεν αὐτῷ τὸ ιμάτιον tr. Berol.
 > 33 ὡς etiam Berol.
 > 37 repone: τρυγητὸν.
 18, 5 δῆλοι Berol.
 > 9 τὸν ἤην ἔχειν tr. Berol.
 > 11 ἔλαβε Berol.
 > 27 ἐπεν] δὲ Berol. δὲ ἐπεν Par. cum Henn.
 > 28 τὰς βοῦς ἰδεῖν Berol. ἰδεῖν τὰς βοῦς Par.
 > 30 εὐθαιμονήσης Berol.
 > 38 διεληλύθει Berol.
 > προσηγόρευε Berol.
 19, 32 τὸν δὲ Berol.
 20, 12 πρὸς etiam Berol. sed πατρὸς recte Par.
 > 36 ἀπέλιπε Busb.
 > repone ἑωρῶντο.
 21, 1 τῆς χώρας delendum. abest a Berol. Par. Busb.
 > 4 τελοῦντες etiam Berol.
 > 9 προσέταξε Berol.
 22, 26 φιλοφρόνησαν Berol. cum Iosepho.
 25, 3 ἀφοδον recte Berol.
 > 7 ἔξιλκοντο Busb.
 27, 1 τῆς ἰωσήπου ἀρχαιολογίας λόγος τρίτος titulus in Berol.
 > 11 dele τὸ.
 > 21 ἡμέραν ἔκεινην ὁδεύοντες tr. Berol.
 28, 7 γοβολῖτιν Berol.
 > 15 προσέμισγον Berol.
 > 19 Ἡρόν repone.
 29, 9 repone τρίτη.
 > 20 ἀκονίσαιεν τὸν θεῖον etiam Berol. Par.
 > 26 repone ἔκτον.
 > 30 repone βλέποντος.
- 29, 38 γεγραμμένας etiam Berol.
 30, 13 κύκλῳ τὸ χωρίον repone ex Busb. Par. Berol.
 > 21 ἀπασιν Berol.
 > 22 ἔμελλε recte Berol.
 > 22 δὲ καὶ κιβωτὸς recte Berol.
 > 23 ἱερόνυμος Berol.
 > 25 ἔτερον] ἔκάτερον recte Berol. Par.
 31, 8 δ' ἐτίθεντο etiam Par.
 > 11 σημαίνεις δὲ ἀρχιερέα. ἔστι δ' ἡ τοῦ ἀρχιερέως στολὴ ποδῆσης χιτών Berol. recte.
 > 14 τὸν λεγόμενον ἐφώδην Berol. recte.
 > 16 μὲν dele; nam abest a Busb. Berol.
 > 17 ἐγγέγραπται recte Berol.
 > 20 οὐ κτητὸς 21 ὅντες εἰcienda sunt; nam absunt a Busb. Berol.
 > 25 repone φυλάχους.
 32, 5 τὰς] καὶ τὰς Berol.
 > 5 δωδεκαποτίς Busb. Par. δώδεκα μυρίας Berol.
 > 5 ὑπὲρ αὐτῆς Berol. Par.
 > 12 repone δοχθεῖσαν ex Berol. Busb. Par.
 > 28 repone ἥμισον.
 34, 2 στέατος recte Berol.
 > 10 ταῖς] τοῖς recte Berol.
 > 31 τηθίσι Berol.
 35, 1 λοιπῶν μὴ κεκαλυμένων Berol.
 > 23 τέλος τὸν λευτίκον rubro addit Berol.
 36, 4 Σερομάδῳ] ἐσερομάδῳ recte Berol.
 > 15 κομίζον Berol.; ergo κομίζοντες restituendum ex Zonara.
 > 21 ἡγεμόνι Berol. recte.
 > 24 εἰς] repone ἐπὶ, quod Busb. et Berol. tradunt.
 > 25 μὴ etiam Berol.
 > 29 ἐγένοντο Berol.
 > 30 περιέχει...δύο om. Berol. qui primum subscrispit ἰωσήπου ἰωνδαῖκῆς ἀρχαιολογίας λόγος δ', dein his deletis τέλος τὸν τρίτον λόγου.

- 36, 31 ἰωσήπου ἰωνδαῖκῆς ἀρχαιολογίας λόγος δ' Berol. novum folium incipiens.
 37, 8 ὑπερβαλλούσῃ recte Berol.
 > 34 προβούλους Berol.
 38, 5 εὑρεθεῖν Berol.
 > 11 ἦν Berol.
 > 16 post περιστέται comma ponendum.
 > 25 προεκόμισε Berol.
 39, 2 ἀντισφέειν Berol.
 > 16 καταβάλλονταν Berol.
 > 27 ἀμμορίτιν Berol. —
 40, 26 ὑπηρετεῖν Berol.
 > 32 εἶδε recte Berol.
 > 38 ὑμεῖς Berol.
 41, 1 ἀστέρων ἀριθμὸς sic recte Berol.
 > 10 repone ὅσα.
 42, 6 εἰληρότες etiam Berol.
 > 12 Φινεές] repone τὸν εἰρημένον Φινεές, quod tradunt Berol. Busb. Henn.
 > 13 repone: Ποβένης καὶ Οὐβῆς (ejecto τε) ex Berol. Busb.
 43, 8 ὑμῖν Berol.
 > 27 ἀνηκόντων cum Henn. Berol.
 > 31 τοῦτον Berol.
 > 36 repone: τῷ θεῷ.
 44, 21 προφέροι Berol. recte.
 > 26 τελευταῖον etiam Berol.
 > 34 repone: κεφαλῆς.
 > 38 δὲ μὴ πολλοῖς χωτῷ etiam Berol.
 45, 31 τινός Berol.
 46, 11 ὁ πρότερος Berol.
 > 20 repone κοινωνίας.
 > 33 βαδίσαντα Berol.
 47, 2 repone ἀποτιννύτω.
 > 18 χρήματα etiam Berol.
 48, 24 γαριζέον Berol.
 > 30 ἐνέγραψεν Berol.
 > 34 συγχεῖν Berol. recte.
 49, 4 καὶ ante τῆς om. Berol. recte.
 > 11 αἰφνιδίον Berol.
 > 17 αἴτοκρα Berol.
 > 20 τῆς ἰωσήπου ἀρχαιολογίας ἰωνδαῖκῆς λόγος ε' Berol.
 > 24 προεστῶτας Berol.
 50, 3 τῶν] τῆς cum Zonara Berol. recte.
 51, 15 πρότιθησι recte Berol.
 > 37 repone μεταπεμφάμενος.
 90, 21 ἐρομένω Busb.
 94, 21 δ' εἴτι Berol.
- 94, 23 τὴν σὴν sic Berol.
 106, 32 σοῖς] om. Busb. extat in Berol.
 111, 26 repone πλοῦτον αὐτοῦ καὶ et καὶ τὰ τέκνα Ἀδάμον ex Busb. Berol.
 > 27 ἀπάξει Berol.
 113, 29 repone ψευδοπορητῶν.
 115, 26 βονλόμενος dele.
 > 33 πρὸς εἰς reponendum.
 > 35 μεχρι τῆς σήμερον Berol.
 122, 9 τὸν σῆμον] Berol. Busb. τὸ πλῆθος Henn. τὸ δῆμος πλῆθος sic Par.
 > 12 βασιλέως] Busb. Par. Henn. βάσιλ Berol., quod repone.
 > 14 τὸν Ἰωάσον Ἰωάδας (ὁ Ἰωάδας Busb.) εἰς τὸ Busb. Henn. Par. Berol., quod repone.
 123, 25 repone ἀνακτήσῃ ex Busb. Berol.
 126, 9 εὐσεβεῖς Berol. ἀσεβῆς cum Busb. Par.
 > 25 post νὺὸν lacuna circiter 6 litt. etiam in Berol. Par.
 128, 7 ἀσηὲ recte Berol. ἀσηὲ Par
 > 10 ἡμῖν Berol. Busb. εἰμὶ Par. Henn.
 > 22 repone: ἀγγελος ἐπάταξεν.
 > 24 repone: ἀπῆρεν ex Berol. Busb. Par.
 > 35 πορφῆσον Berol.
 129, 35 καὶ] Busb. Par., om. Berol. recte.
 > 35 τῆς ἀσσυρίων στρατείας Berol. τῆς στρατείας τῶν ἀσσυρίων Par. cum Henn.
 130, 8 ἐπηγγελμάνων Berol.
 > 20 repone: τὸν ἐγγόνοντος σον εὐνουχ. ex Berol. Busb. Par.
 > 22 ἔφη Berol.
 > 25 ἀλλοι δὲ δάδεκα recte Berol.
 > 35 ἀληθῆ ἔμαθον] ἔμαθον ἀληθῆ Berol. Busb. Par. quod repone.
 > 36 στρατὸν Berol.
 > 38 ἐαντὸν αἵτιον tr. Berol.
 131, 2 διασώζεται Berol.
 > 7 πεντηκονταέπτα Par. cum Henn.
 > 17 ἔτι δὲ καὶ ὅσος ἂν ἡ χρυσὸς Berol.
 > 20 τῷ ναῷ ἐγκειμέναις Par.
 > 26 ὅτι τὸ μὲν θεῖον ἥδη recte Berol. ὅτι θεῖον μὲν ἥδη Par. cum Busb.
 > 34 ὁ om. Berol.
 > 35 γένοντο Berol. γνοὺς Par. cum Busb. Henn.
 132, 14 repone: μόνος ex Berol. Busb. Par.
 > 24 ἥδη τῆς βασιλίας ἔχοντα Berol., unde τῆς βασιλείας restituendum.

- 132, 32 στρατείαν recte Berol.
- 133, 4 repone: οὗτοι μὲν οὖν ex Berol. Par.
 » 8 ἀπαγον ἐκίλενσε tr. Berol. Par. cum Josepho.
 » 12 ιωάκειμος Par.
 » 14 δέος] γόρβος et supra scriptum γρ δέος Par.
 παρα
 » 25 ἀστρείας καὶ παρανομίας] ἀνομίας καὶ ἀστρείας Par.
- 136, 3 πρῶτον Berol.
 » 25 συλλεγέντες Berol.
- 137, 13 Σαχίου] σεθένον σαχίου Berol.
- 147, 25 τὸν ἐξ] τὴν ἐκ Berol. quod repone.
- 151, 21 repone ἐκληρονόμησεν.
- 158, 18 νεεμίαν recte Berol.
- 163, 8 ἴγγια etiam Berol.
- 164, 30 πολεμίου] Ητολεμαίου Berol. recte.
- 178, 32 Ητολεμαῖον τὸν Αργυρούνον Berol.
- 179, 8 καταλεπὼν ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου δὲ ὅλης ὥδενσε
 τῆς ρυντὸς ἐπὶ τὸν ἐν Berol. recte expleta
 lacuna.
 » 19 ἐπέστρεψε Berol.
- 190, 18 repone Λιγῦνος ex Berol.
- 191, 1 Ητολεμαῖο recte Berol.
- 203, 3 repone ex Berol.: κτείνειν δὲ τὸν Ἀντίγονον
 ὠπλισμένον εἰδούτα. πέμπει μέντοι πρὸς
 Ἀντίγονον αὐτὸς etc.
- 205, 1 χρωμένον Berol. recte.
- 207, 37 τὸν συνάκην Berol.
- 209, 5 ἔγραγε etiam Berol.
- 210, 1 Ητολεμαίου Berol. cum Josepho.
- 211, 33 εἰς τὴν βασιλείαν Berol.
- 212, 7 αἰνῶν Berol.
 » 12 μήτε κατ'] μήτ' Berol.
 » 25 ὕστε] ὡς Berol.
 » 29 εἰς τὴν ιονδαίαν Berol.
- ας
- 213, 4 ἐξ τῆς τῶν ιονδαίων Berol.
- 217, 10 δοκοῦ ταύτης οὐ. etiam Berol.
- 219, 29 ἐμπίπτει Berol.
- 221, 35 ἄλλον Berol.
- 222, 14 ἀντίπατρος recte Busb.
- 224, 8 ἀφεθῆναι Berol. recte.
- 226, 1 ἀντίγονος recte Berol.
 » 14 ὅπλιτας Busb. Berol.
- 227, 5 καὶ ἀντίγονος μὲν οὖν sic Busb. καὶ ἀντίγονος
 μὲν (omisso οὖν) cum Josepho Berol.
- 228, 26 τεθαρσηχότα etiam Berol.
- 230, 38 ὑπεξ. πρὸς τὸν πολεμίον recte Berol.
- 231, 3 καὶ τὸ] καίτοι recte Berol.
- 233, 10 αὐτῷ abest re vera a Busb. Berol.
- 237, 29 χαλεπὸν Berol.
- 238, 20 sq. extant in Berol. quae uncinis inclusa
 sunt; nisi quod pro πιθανῶς extat ἔκανως.
- 240, 10 πλεονεξία recte Berol.
- 241, 13 δν] ἦν recte Berol.
- 243, 4 διωθεῖτο Berol. recte.
 » 36 κοινωνῆσαι λόγον recte Berol.
- 245, 8 not. repone νικηθέντος.
- 247, 3 τὸ δὲ] τὸ τῇ δὲ Berol.
 » 29 ἀλλὰ τὸν Berol.
- 250, 10 τὸ περὶ τροφᾶς Berol. ut Busb.
- 251, 30 δεντέρα Berol.
- 252, 4 κυμαγωσίας Berol.
 προκυμία Berol.
 » 12 λειότητι Berol.
 » in notis numeros 3 et 33 corrigere in 4 et 32..
- 254, 3 εὐφορίας etiam Berol.
 » 32 ἐπιείκειαν δὲ πρὸς recte Berol.
- 255, 24 ἐπέβη extat etiam in Berol.
 » 32 τελεντὴν om. Berol. recte.
- 258, 9 σινιών et βιαζομένον Berol.
- 262, 4 ἀπίστων Berol.
 » in notis ad 4 repone ἀποδίδωσιν.
- 263, 6 ἀλεξάνδρω Berol.
 » 39 repone ἀκηκοέναι
- 266, 16 εἰς etiam Berol.
 » 25 σαπίνιος Berol.
- 298 in notis pro 18 pone 19.